Cax. 3. no. 2

1ª
14429

# D. ALPHONSI
# DE GUZMAN
# DE
# EVICTIONIBUS.

Num. 48. cax. 6. num. 3.

# D. ALPHONSI DE GUZMAN GENZOR, I.C. HISPANI

In Suprema Curia Madritenſi Advocati,

# TRACTATUS DE EVICTIONIBUS,

*IN QVO*

QUÆSTIONUM PRACTICARUM

*VTRIVSQUE FORI ECCLESIASTICI ET SÆCULARIS Reſolutiones omnémque ejuſdem Curiæ praxim cernere licet.*

NUNC PRIMUM TYPIS LUGDUNENSIBUS PRODIT, innumeris propè mendis expurgatus.

LUGDUNI,

Sumptibus JOANNIS-ANTONII HUGUETAN, & Soc.

*M. DC. LXXVI.*

CUM PERMISSU SUPERIORUM.

# INDEX QVÆSTIONVM,

## Quæ in hoc Tractatu de Evictionibus continentur.


QVÆST. 1. QVID ſit evictio. pag. 3

2. Quotuplex ſit evictio? 6

3. Vtrum fidejuſſor evictionis, ſi diù ſteterit in obligatione, poterit petere ſe eximi ab evictionis obligatione? 12

4. Vt emptor agere poſſit de evictione, quæ intervenire debeant? 18

5. In quibus caſibus non ſit neceſſaria denunciatio? 31

6. An venditor denunciatus ab emptore teneatur defendere emptorem coram ſuo Iudice, vel coram Iudice emptoris? 41

7. An Clericus laudatus, & nominatus in judicio evictionis poſſit forum declinare? 46

8. An fiſcus venditor revocet cauſam ad ſuum Iudicem? 52

9. An nuntio referenti ſe citaſſe venditorem credendum ſit? 57

10. An fidejuſſor evictionis ex perſona principalis poſſit forum declinare? 61

11. An evictionis actio competat ſingulari ſucceſſori contra authorem authoris? 66

12. An in denunciando tempus ſervandum ſit? 74

13. An obligatus de evictione ad quæ teneatur facta denunciatione? 75

14. An talis conventio valeat, ut de omnibus expenſis, & damnis, ſtetur ſimplici verbo, vel juramento emptoris? 87

15. Quando res dicatur evicta, ut emptor agere poſſit de evictione? 90

16. An ſententia lata contra emptorem in caſu evictionis, executioni mandari debeat contra venditorem neceſſarium illius litis defenſorem? 95

17. An venditor offerens emptori rem æquè bonam loco rei evictæ liberetur? 100

18. An venditor volens ex pacto rem redimere, debeat tantum pretium offerre, an verò etiam deponere? 102

19. An quando conſanguineus retrahit ab emptore, venditor teneatur de evictione? 106

20. Si emptor fecerit aliqua melioramenta in re evicta, an illa recuperare poſſit? 108

21. An emptor faciat fructus ſuos perceptos? 114

22. An venditor condemnatus ob pecuniæ penuriam, cogere poſſit


 empto

# D. ALPHONSI DE GVZMAN GENZOR, I.C. HISPANI TRACTATVS, DE EVICTIONIBVS.

*SVMMARIVM.*

1 *QVi ſcribunt aliquod opus debent nominare eos, qui priùs eandem materiam tractauêre.*
2 *Ingenuitatis eſt nominare non ſolùm Præceptores, verùm etiam Scriptores.*
3 *Cicero, & Quintilianus nominauerunt eos, qui de Arte ſcripſerunt, & plurimi Authores idem fecerunt.*
4 *Guilielm. Durand. & Ioannes Andr. & alij plurimi Doctores mentionem fecerunt de Authoribus, qui ante ipſos ſcripſerunt.*
5 *Comes facundus in via pro vehiculo eſt.*
6 *Authores, qui de hac materia ſcripſerunt tam in lecturis, quàm in conſilijs, vidit Author ſumma diligentia, & ſtudio.*
7 *Tractatus iſte de Euictionibus, omnem euictionis materiam continet.*
8 *Quid ſit agendum (replicat ſibi Author) cum hodie nihil dicatur, quod non ſit priùs dictum.*
9 *Author imitatur omnes practicos Doctores.*
10 *Author eſt vltimus, & ſingularis, qui latè, & copiosè de hac materia Euictionis ſcripſit.*
11 *Author eſt Aduocatus in ſuprema Curia Regia Manditenſi.*
12 *Euictionis nomen vnde ſumptum.*
13 *Euincere idem eſt, quod vincendo extorquere.*
14 *Validiſſimum teſtimonium videtur ſua quaque fides.*
15 *Fides ab eo ſic appellata, vt fiat quod dictum eſt.*
16 *Fallere fidem datam graue facinus eſt.*
17 *Euictio propter bonum publicum introducta videtur.*
18 *Euictio ex parte agentis eſt remedium fauorabile.*
19 *Euictio eſt pœnale remedium, & ſeq.*
20 *Actio, quæ naſcitur ex euictione, appellatur Actio ex empto.*
21 *Præſcriptio currere incipit in euictione, cum res euicta eſt.*
22 *Cautio præſtita pro euictione, nuncupatur pro ſtipulatam.*

SOLENT Boni Scriptores, qui 1
aliquod Opus componendum ſuſcipiunt, initio operis eos Authores
referre, qui priùs eandem materiam tractauere: quod quidem
aliquando factum ſit æmulationis ſtudio, dum Iuniores ſuis inuentionibus
fauentes volunt videri ſenioribus meliores
eſſe. Hoc ipſum tamen ſecum affert quandam non
iniucundæ hiſtoriæ cognitionem, quæ lectorem non
ſolum allicit, verùm etiam plena inſtructione delectat. 2
Propterea ſicut paſſim dici ſolet, ingenui pudoris
eſſe profiteri per quos profeceris; ita mihi non ingrata
ingenuitatis ſpecies videtur eſſe, honorifica recordatione
eos colere, quo quis tanti eſſe putauit, vt
digni æmulatione haberentur. Sic feciſſe legimus Iuſtinianum
Imperatorem, *in l. 2. C. de veteri iure enucleando.*
Ibi: *Tanta à nobis habita eſt reuerentia antiquitati,
vt nomina Prudentum taciturnitati nullo modo
tradere patiamur, ſed vnuſquiſque eorum qui Author legis
fuit, in noſtris Digeſtis inſcriptus eſt.* Et Cicero
*in Brutum*, & Quintilian. *lib. 5. de Oratore* hoc quidem
fecerunt, *Terentius; & Varro*, qui appellatus 3
eſt omnium Romanorum doctiſſimus: tradit etiam
Diuus Auguſtin. *lib. 6. de Ciuit. Dei, cap. 11.* & inter
Medicos, Dioſcorides, & Galenus *in lib. de diffinit.
medic.* (omiſſis alijs Scriptoribus externis inter noſtrates
ſequuti ſunt *Guilielmus Durand. in proœm. ſpeculi
num. 14.* Immol. & *Zabarell. in proœmio lib. 6.* &
plures alij, quos ſi vellem ſigillatim nuncupare, ni- 4
mis prolixam facerem orationem. Horum igitur veſtigia
ſequens, Euictionis materiam tractaturus, non
grauabor eos Authores viróſque illuſtres commemorare,
qui de materia ad euictionem pertinenti ante